



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Admirandvm vindictae divinae theatrvm**

**Tympe, Matthäus**

**Monasterii Westphaliae, 1611**

D.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51314](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51314)

tari, tandem & caput, trunci quod reliquum fuit, milites in foro Bovis combusserunt. Hunc tandem consecutus est finem immanissimus tyrannus, quem satius fuisset apud milites lixam quam imperatorem professum esse. Eo ceca dominandi cupiditas homines impellit, ut dum quod est supra vires appetunt, tenereque non valent sub molis ruina oppressi deficiant.

**PVNITVR FAMILIARITAS CVM**

*Damone, per quam incurrunt impij  
mortem animæ, & saepe corporis.*

**N**icolaus Remigius (lib. 1. dæmonolatriæ c. 9.) ait: Theodorus Maillotius (is præturam in vasta regni prouincia quæ ditioris est Lotharingæ senex obtinuit) cū adhuc iuuenis amplissima familia natā adolescentulā in matrimoniū deperiret, & illi eius potiundæ spes omnis esset abscissa atque erepta (nā & fortuna egens atque humilis atque famulatus mercenaria cōditiōe, in qua tum erat ignobilis & despiciatus nullā ne detegēdi quidē amoris sui honestā satis rationē videbat) Ergo, ut desperatis rebus & ipsa se iā deserēte expectatione, homines ad quoduis cōsiliū se facile cōuertunt ac nullo delectu fugienda sequēdave amplectūtur, Maillotius conseruū ex Germania, cui audiuerat dæmonē esse ad quęcūque obsequā paratissimū, adit, huicque suā egritudinē aperit, rogās, ut si quæ ei remediū adferre posset, id ne graua-

D. Leo ho.  
19. de pas-  
sione Chris-  
ti: Benefi-  
cia dæmo-  
nū cunctis  
sunt nocen-  
tiora vul-  
neribus.



grauatè faceret, ingrato enim nõ iri locato  
 beneficium. Hanc Germanus occasione  
 bens arripit, vt cui ex pacto intra dies pau  
 necesse erat, vel se suo dæmone liberare  
 expedire adducto alio qui istud seu æs alie  
 in se transcriberet, vel ab eo obtorta ceru  
 necari atque interfici (siquidem hæc ei pe  
 lex addita fuerat). agendo itaque ei nego  
 consequenti diei diluculum in clauso  
 recondito quodam conclau condic  
 vix dum se stiterant, cum repente patet  
 foribus se infert lepida & liberali forma  
 la (hoc habitu dæmon primum se ostend  
 volebat, ne Maillotius ad formidabilem  
 aspectum exhorresceret) eamq; se esse pro  
 cat, quæ illi nuptias quas tantopere ambie  
 faciles esset confectura, modo vellet in ip  
 esset præceptura obsequi. Ac illo auide  
 teq; expectanti quænam eius esset sententia  
 in primis cœpit edicere, vt furtis, crapulis  
 bidinibus, blasphemia, ceterisq; quæ anim  
 inquinant vitijs temperaret, pietatem col  
 ret, inopes facultatibus subleuaret, seipsum  
 hebdomada bis ieiunio maceraret, solent  
 ac quotidianas preces ne intermitteret  
 eaque sedulo obiret omnia quæ Christian  
 hominem decet atque æquum est facere,  
 enim omnibus, si se vellet nuncupatis ve  
 obstringere, futurum vt potitis thalamis  
 vlla difficultate potiretur. Hæc q; sic elo  
 ac constituto intra quem responsum aufer



die, se foras eiecit. Maillotius, qui videret tam sanctis atque honestis conditionibus tantum sibi beneficium obtendi, iam nihil cunctandum putabat, quia id gratus ac lubens acciperet. Sed dum magis magisque in eam rem cogitationem intendit, atque huc illuc varie inter spem metumque impellitur, ex eius vultu domesticus quidam sacerdos conijciens aliquid subesse quo sic distraheretur, eum blandè adortus, ac quid animo agitareret expiscatus, monitis suis peruicit ne amplius ad colloquium vllum cum dæmone descenderet. Sicque frustratus sua expectatione Germanus, non longè abiit quin ex pacti formula penas penderet. Nam non adeo multis post diebus, equo plana atque aperta via decidens inque caput proruens exanimis momento temporis repertus est, hæc ex Remigio Delrius li. 2. disq. mag. q. 4.

**PVNIVNTVR QVI THESAIVOS**

*se ope demonis inuenturos*

*sperant.*

**A**Ndr. Cæsalpinus in sua dæmonum investigatione ca. 12. scribit: Thesaurorum quidem indagatores per magicas facultates multos nouimus, sed qui assecuti fuerint comperit non habeo. Pisis tentauerunt quidam nostris temporibus effodere, sed rei difficultate victi ab opere cessarunt. Tandem anno elapso locum in quo Neronis ædificia exstis-

**E** tisse

Delr. lib. 2.  
disq. mag.  
q. 12. plura  
refert ex  
empla.

I.

Omnia dæ  
dominus,  
nec habet  
inde min.  
Dei est ter-  
ra & plenis  
tudo eius.



tisse ferunt, hodie autem sacris virginibus  
 etatum effodere coeperunt, vbi erat ingen-  
 ni arbor: sed à dæmonibus adeo infestati  
 vt præ timore ab incepto desistere coacti  
 erint: quo tēpore multæ ex virginibus loci  
 habitantibus à dæmone obsessæ sunt. Quod  
 hæc thesauri illicitâ scrutationem in suo  
 fieri permiserant, in hoc mundo poenam  
 Deus inflixit vt in alia vita parceret.

2. Andreas Theuetus narrat ab oculator  
 acceptū de græculo quodā Macriano eū  
 in Paro insula thesaurum quæreret à terra  
 sorptum,

li. 8. Cosm.  
 c. 1.  
 Diabolus  
 de suo q̄  
 det non  
 habet.

3. Similia te.  
 fert Cedre-  
 nus in A.  
 nastasio.  
 Delrius di-  
 cto loco.

Paucos ante annos quidam Prior  
 gullinæ cum duobus socijs fossam quæ  
 in spelunca Regis Salai prope Puteolos,  
 fauorum causa ingressus, miserè inter-  
 amplius visus, vt narrat Villamontius li-  
 tinerarij sui c. 23.  
 Ante aliquot annos Basiliensis ciuis  
 ptam quandam quæ Augustæ Raurac  
 patet, ingressus vt familiæ suæ pauper  
 leuaret, nihil præter cadauerum huma-  
 rum ossa inuenit & subito correptus hor-  
 festinus egressus, intemperijs actus fuit,  
 tertia post die misere interiret.

PVNIVNTVR QVI OPE DAE  
 nis, &c. se fore inuulnerabiles putant.

1. **N**Oui studiosum, ait Delrius, iuris,  
 ibid. q. 21. ne Quirinū v. i. Baccalaureū, qui



branula varijs characteribus magicis insignita fretus, cum audacter se iurgijs & pugnis immiscuisset, sæpe ictus, nunquam saucius, tandem Romæ an. 1572. vel 1573. in symposio minimo vulnere fuit interemptus.

Auctor Formicarij; in territorio ait, Bernensium primus auctor maleficiorum fuit quidam Scafius dictus, qui publice de hoc gloriari audebat, quod, quodcumque vellet, ipse se omnium suorum in æmuloꝝ oculis velut murem facere valeret, & dilabi à manibus inimicorum suorum lethaliū; & ita capitalium suorum inimicorum manibus sæpe ut dicitur, euasit, sed cum terminum ipsius malitiæ diuina iustitia facere voluit, tandem per hostes suos in stussa quadam prope fenestram sedere explorabatur caute; quo in loco, cum nullum de sibi insidiantibus suspectum haberet, per fenestram gladijs & hastis inopinately transfixus est, & ob sua facinora ibi mortuus miserabiliter. hæc Niderius. Sic suos dæmon deludit.

## DAEMONI SE DEVOVENS

*punitur.*

Delrius an. 1591. in Bauaria, ait mulier ædific. mag. drumnosa, leuitate naturæ, siue grauitate lib. 6. ca. 2. ærumnæ implorato dæmoni sese deuouit ut sc. 3. q. 3. opem ferret, & tunc quidem non sensit præsentem, verum in potestate ut redijt ex mœrore, dedit pœnas iacti verbi, terroribus non tantum pauida, sed & verberibus tussa, ut etiam

E 2 ab



Vis confessionis.

ab aditu nostri templi prohiberetur, virgum quas sola ipsa cōspicabatur intentu. Ceterum narrasset matronæ cuidam, adducta sacerdotem nostrum ab eoq; cōfessione peragata est, omniq; molestia liberata, cerea castis agni imagine ad collum appensa, &c.

DAEMONIACIS DIVINATIONIBUS PARIENS SIBI MALA.

Præter alia mala anno quatuor molestissimum sibi carcerem procuravit. Col. 2. Act. 19.

**A**nno Chr. 1084. Odo Baiocensis Episcopus ex diuinatione dæmonum (quod sibi pollicebatur sibi Pōtificatum Romanum) infelices messuit fruges, in carcerem eius fratre detrusus & in alias misérias conuersus est. Ita plane, inquit Baronius, qui semper intendens, diuinationibus adhibere credidit fidem, ludus diaboli effici consuevit, vix deterius est) magno suæ quisq; dispendio captiuus, spe vana pellectus in infernum mergatur, cum se putat thronum eminentem proximè conscensurum. Recte ergo dicitur: Ne tetigeritis, &c. Recte in exordio centis Ecclesiæ, cognitis huiuscemodi prestigijs & illusionibus dæmonum, qui fuerant riosa sectati contulerunt libros & comburunt coram omnibus, & computatis pretulorum, inuenerunt pecuniam denariorum quinquaginta millium: ita illi qui in filios monem in auctores suos ipsos filios Sceleratorum viderunt, certi nimirum quod tanto magis eosdem essent passuri diros vi-



ces & vltiores qui eos consulerent, & eorum opera quomodolibet vterentur.

*MALEDICTIO DECIMAS  
defraudantium.*

**I**oannes Magnus Episcopus Vpsalensis in Gothorum historia li. 18. c. 13. ait: Canutus Rex cum summo ac pio studio contenderet, vt Christi ministris liberalius & commodius de decimis & primitijs prouideretur, insigni cuiusdam Blacconis perfidiâ traditus à cõsternata plebe trucidatur. Quo facto tanta frumentorum inopia vniuersam Daniam inuasit, vt maxima populi pars adiumentorum inops inedia consumeretur. Nec prius Danicis agris fecunditas restituta est, quam populus ad cor reuersus pœnitentiã ageret se tam sanctum Regem occidisse, qui tam iusta & honesta pro Christi ministris postulasset, iamq; experimento didicerat se iustè nouem frumentorum partes amisisse qui decimam ex eis Deo & Dei ministris reddere noluisent. (Sacrilegi, qui in Antichristi ministros decimas transferunt.) Saxo Gram. hist. Daniæ lib. 11. & 12. fuse refert pœnas quas vniuersa Dania ob hoc parricidium per aliquot annos dedit. Blacco statim pœnas dedit. Vide D. Io. Molani orat de decimis.

Mal. 3. dicit Deus se hoc peccato quasi clauis ad crucem affigi, ac propterea famem aliasq; maledictiones subsequi.

Publicum sacrilegium publica est vltus Deus vindicta immissa fame in rebellem populum.

Aug. hom. 49. Conc. Trid. sess. 25. c. 12. Amos 4.

*DE POENIS DETRACTORYM.*

**S**oror Moysis Maria eo quod Moyse detraxisset fœdissimo lepræ morbo percussa

E 3 est,



in reg.  
brcu. 27.

est, à quo ne ipso quidem Moyse supplicante, ut ait Basilius, liberata fuit.

2.

Nu. 14. 20.

Quotquot è filijs Israël detraxerant Moysi & Aaroni, precibus quidem Moyfis à morte temporali erepti sunt, sed terræ promissionis aditu exclusi.

3.

Euseb. li. 6  
cap. 8.

In Narcissum Hierosolymorum Episcopum SS. tres improbi homines turpem quædam criminationis calumniam cum iuramento coniecerant, vnus sic deierauit: Si verum non dixerò, igni dispeream. alter sic mentiar, corpus se quo morbo absumatur. Tertius autem: Si verum non dicam, opto vultu que orbari lumine. Narcissus vero ob indignitatem calumniæ, cum esset innoxius, in exilium se ad multos annos recepit. at Deus obdormijt. Primus enim cum noctu scintilla ignis in ædes eius incidisset cum tota familia omnino conflagrauit, alter vero, morbo, quem sibi imprecatus erat, ab imis pedibus dum digitis vsque ad verticem capitis contulit. Tertius hoc euentu, in socijs confesso palam maleficium suum confessus est cum tanta lacrymarum profusione vt oculum amiserit.

4.

Cassian. li.  
18. collat.  
cap. 15.

Paphnutij SS. iuuenis virtuti inuidens quidam è numero fratrum eiusmodi dolum conatus est. Isidoro monasterij superioris questus est sibi codicem ereptum, rogatque in singulorum Fratrum cellis quærat. Tunc seniores designantur qui quærant. Repertus



tur tandem in cella Paphnutij sub palmarum  
plectis (ibi enim inuidus eum abdidit) pa-  
lam proditur in Ecclesia, vbi omnes conue-  
nerant. Paphnutius, licet innocens, non se  
purgat, sed satisfactioni totum tradit, & ad  
limina Ecclesiæ per duas hebdomades sup-  
plex se abiicit, noxam deprecatus. Quibus  
elapsis à sæuo dæmone inuidus ille frater  
arripitur, immaniterque diuexatur, sed nec  
ab vlllo seniorum eiici potuit, quia Christus  
gloriam illam soli reseruauit Paphnutio cui  
calumnia structa erat, & facillè eum extur-  
bavit.

Thomas Cantipratanus, noui, inquit, or-  
dine, non re, nomine nõ a stibus sacerdotem, 5.  
Lib. 2.  
apum c. 37  
qui in tantum vitio linguæ deditus erat, vt  
potius de se pessima mentiretur, quam non  
focios, vel cohabitantes sibi criminibus in-  
famaret. Hic ante mortem raptus in furias  
tanta in se debacchatus est cæde, vt proprijs  
dentibus linguam vaniloquam laniaret, &  
palam cunctis ostenderet, quod (quia lingua  
sua dolose egerat & venenum aspidum sub  
labijs eius), quasi sepulchrum patens guttur  
illius fœtorem teterminum exhalauit, vt  
per quæ peccauerat per eadem torqueretur.

Infantum diabolus exstinxit quia pa-  
rens detrahentem Episcopo lubenter auscul-  
tarat. Greg. li. 3. dial. c. 33. 6.



7. **Detrahentes Ambrosio post obitum, que passi,** Donatus quidam, ait Paulinus, natione  
fer, Presbyter tamen Ecclesiæ Mediolanensis, cum in conuiuio positus in quo erant non  
nulli militares religiosi, detraheret memorem  
sacerdotis (id est mortuo Ambrosio Episcopo)  
aspersibus illis & deferentibus linguam  
nequam, subito vulnere percussus graui  
eodem loco in quo iacebat alienis manibus  
subleuatus, in lectulum positus est, atque  
ad sepulchrum vsq; perductus. In vrbe etiam  
8. Carthaginensi, cum apud Fortunatum diaconum  
fratrem venerabilis viri Aurelij Episcopi  
ad conuiuium conuenissem, vna cum Valerentio  
Castolitano Episcopo, Maurano etiam Episcopo  
Bolitano, sed & alijs Episcopis & diaconibus;  
tunc Maurano Episcopo detrahenti sancto viro  
retuli exitum presbyteri superius memorati.  
Quod ille de alio dicitur de se oraculum maturo  
sui exitu comprobauit. Nam de eodem loco in  
quo iacebat, subito vulnere ingenti esset percussus,  
alteris manibus ad lectum portatus est, atque  
dein ad domum in qua hospitabatur reductus  
diu clausit.

9. Ionas abbas; quidam ait scelestus homo nomine  
Notto, ausus est irrogare cum comitibus suis  
Episcopo sancto (Metensi, Arnulpho) iniuriam  
asserens, eum non esse cultorem Dei sed potius  
hominem deditum voluptati. Cum ergo vir ille  
die quadam aluo refectus vino, vna cum detrahente  
socio suo strata per



tijisset, iubente domino, omnia vestimenta illorum vallantur vndique flamma. Quibus illico cum ingenti clamore profiliantibus, & aquam circa nates ac genitalia loca, vbi camisia illorum acerrimè cremabantur iniicientibus, nec omnino flammam diuinitus missam extinguere valentibus, tandem ad instar porcorum luto volutabri sese pariter inuoluunt, & ibi diu vociferantes, vix ad vltimum pœnam quam merito patiebantur euaserunt. In quibus profecto impletum est hoc quod est in Psalmo; Detrahentem secreto proximo suo hunc persequebar, in tantum vt & illud diuina censura factum non ambigamus, quod detractores isti vehementissime cremabantur in partibus illis vbi libido, de qua calûniabantur virum iustum, regnare nõ dubitatur. Nec multo post auctor huius detractiõis Notato in huiusmodi criminibus diffamatus apud Regem, vt scelera eius vna cum vita regalis gladius amputaret, nec nõ & filius eius eidem sententiæ subiaceret.

Psal. 100.

*OB DISCORDIAM DIVINITVS  
castigati.*

**P**etrus Damianus Cardinalis: auctore discordiæ Spiritu peruerso ait, cum presbyter presbyterum probrosis cõtumelijs & maledictis aliquando lacerasset, alter dentibus stridens correpta lancea iter arripuit atq; ad domum suam longius constitutam furibundis properare gressibus cœpit. Sed cum cali-

I.  
Lib. 4.  
epist. 17.



ligo noctis superuenisset, ecce quinq; nigri  
 quites cum caballis æque nigris obuiant, ei  
 is qui maior videbatur, insultat. Sæpe, inquit,  
 institi, vt in clientelam meorum contuberna-  
 lium venires, nunc autem non poteris iugum  
 meæ ditionis euadere. Presbyter nimio ter-  
 rore perculsus (putans esse nobilem virum  
 nomine Romanum, qui illum sollicitas  
 rat vt sibi subditus fieret) illi manus subditi-  
 rum more deosculatus se herili eius fidei  
 misit. Quem protinus ille percontatus  
 Scis quis sim? Respondit Presbyter, nonne  
 es Dominus meus Romanus? At ille, abire  
 sit. Ego sum quidam diabolus, cui tu  
 commissus es, vide vt stes promissis. Quo  
 dicto disparuit. Hic autem pertimescens  
 domum redijt, Episcopum Teuzonem ad  
 & me præsentem pœnitentiam flagitauit. De  
 gnitas officij sacerdotalis illi adempta  
 carceri cum spe veniæ adipiscendæ donec  
 pœnitentiam adimpleset, inclusus.

2.

Lib. 2.

apum c. 18.

Thomas Cantiprat. Contigit, ait, vt  
 bus de Vitriaco in Brabantia pacificatus  
 mortales inimicitias, iniuriam passum  
 mo suppliciter, deinde prostratus pedibus  
 eius, semel, iterum, & tertio, cum multitudine  
 ne populi præsentem rogaret, nec proficeret  
 in rebellem. Conuersus autem ad populum  
 dixit palam omnibus. Contestor vos, qui  
 qui spernit nos, spernit & eum qui mittit nos.  
 Rogate ergo Dominum, vt tale signum  
 stent



stendat in obstinatum hominem quo cunctis  
præsentibus pateat eum hostiliter contra se,  
in retentione odij contra proximum, hoc e-  
gisse. Nec mora, ubi vir sanctus orationem ex-  
pleuit, miser ille euersis oculis tertio in ter-  
ram corruit, oreq; cruorem spumans & sani-  
em maximum horroris spectaculum omni-  
bus præbuit. Tunc flente populo reuerendus  
vir fusa prece prostratum erexit. Qui mox  
integerrime sospitatus, ubi ante se inimicum  
vidit quasi aliquid amicissimum rogaturus  
cum lacrymis veniam petiuit, ruensq; in oscu-  
la eius ad lacrymas & laudem Christi omni-  
um corda commouit.

*EX EBRIETATE MALE  
pereuntes.*

**S**AMPSON repletus vino per meretricem  
hostibus traditus est. Holopherni, quia  
plus quam vnquam alias biberat, caput à lu-  
dith resectum est. Diues epulo ob excéssum  
in potu ne guttulam quidem aquæ post hanc  
vitam inquit Chrysofostomus habere meruit.  
Filij Iob dum vinum bibunt ruina domus (à  
dæmone) oppressi sunt. Loth quem Sodoma  
non vicit vino inebriatus geminum commisit  
incestum.

I.  
Iud. 16.  
Iudith 11.  
Luc. 16.  
Ammon  
ebrius in  
conuiuio  
perijt.  
2. Reg. 13.  
Iob 1.  
Gen. 19.

S. Aug (vel quisquis est auctor sermonū ad  
fratres in eremo) pro cōcione dixit. Accidit  
hodie terribilis casus, vt omnes audistis, ppter  
quem

6.